CONSILIORVM

Siue

RESPONSORVM

D. STEPHANI BER-TRANDI CARPENTO-RACTENSIS IVRISCONSVLTI VT DOCTISSIMI, ITA INTEGERRIMI,

Volumen I.

VARIIS GRAVISSIMARVM DIFFICILIVMQVE TAM *priuatarum, quam publicarum controuerſiarum, iuris deciſionibus refertum.*

OPVS NVLLIBI, QVAM LVGDVNI OLIM EDITVM & multorum votis diu deſideratum.

NVNC AVTEM IN COMMVNE REI IVRIDICÆ BONVM, SVBLATIS [illegible] *priorem editionem occupauerant, innumeris erratis, reſtitutiſq; mutilis, eleganti, & legentibus commoda charactérum varietate, in Germania primum editum.*

Adiectus est in fine Index [illegible] Operis locupletiſſimus.

FRANCOFVRTI,

Ex officina Typographica Ioannis Saurii, Cura

& impenſis Rulandiorum.

M. DC. III.

eorum maxime, qui pudore impediebantur, quo minus etiam ad ſummam inopiam redacti
mendicarent ſtipemq; oſtiatim efflagitarent, & qui maturatam fame clandeſtine mortem vita
mendicando miſere productam mitiorem iudicabant, quod nobilibus & generoſis hominib.
in extrema egeſtate conſtitutis euenire ſolet. Hanc autem pietatem non ſemel iterumve, ſed ad
extremũ vſq; vitæ diem coluit, quẽ obiit 83. annos natus. Quo perpetuo tempore, ita vt homi-
nem vere Chriſtianũ ac pium decet, eum vixiſſe, Carpentoractenſes, atq; omnes, qui eius ſunt
vſi familiaritate ſanctiſſime affirmant, vitaque defunctum nunc etiam grata recordatione pro-
ſequuntur. Fuit in omnes mitis, humanus, facilis, eis præſertim qui eius egebant opera. Non
erat illi eruditio venalis, res quemadmodum eſſet, omnibus exponebat. Eos qui cauſam habe-
rent meliorem, perhumane viam & rationem edocebat, qua ad litem intendendam vterentur,
vt facilius ius ſuum obtinerent. Eos autem, quorum cauſa deterior eſſet, monebat atq; hortaba-
tur, vt à litibus deſiſterent. O hominem dignum, qui ſui ſimiles permultos reliquerit, vt tot
calumniæ tantiq; ſumptus vitarentur, qui quotidie fiunt nequiſſimorum planorum callidita-
te, vel vlciſcendi gratia vel pecuniæ extorquendæ cauſa, non ab iis modo qui litigare amant, vt
peſſundent aduerſarios, deq; illis victoriam referant, verum & ab iis qui falſa & iniqua cauſidi-
corum perſuaſione bonam habere ſe cauſam exiſtimant. Quorum ſirne aliquis numerus, no-
uerunt curiæ ampliſſimæ, quæ ſæpe efficiunt, vt ἡ κακὴ βουλὴ ſit τῷ βουλεύσαντι κακίστη cum hos reſponſores,
quod fraudulentorum conſiliorum autores fuerint, litis æſtimatione damnant: me autem his
in eiuſmodi planos animaduerſionibus ſæpius interfuiſſe nunquam pœnitebit. Quæ quidem
de Bertrando ex vniuerſa viuendi ratione atq; ex doctiſſimis eius ſcriptis nec ſuſpicari quiſque
poteſt. Contraque in illis luce clarius, hominis religionem, ſynceritatem, charitatem, qua ad
omnem omnis muneris functionem vteretur, omnes cognoſcent. De quo plura ego eaque ve-
riſſima teſtimonio virorum optimorum fideq; digniſſimorum, quib. cum is familiariter vixe-
rat, mihi cognita prædicare poſſem. Quæ forſan profecta ab homine propinquo (erat enim
auus meus maternus) non eſſent apud aliquos fidem tantam & autoritatem habitura, atq; ſi ab
alio dignis encomiis celebrarentur. Cum etiam illa ad te ſcribam (Cardinalis ampliſſime) cuius
cum patre Mauritio Bertrando viro clariſſ. ac (vt omnes norunt,) omni laude omnique com-
mendatione digniſſimo, ſumma cum Stephano neceſſitudo interceſſit, quod propinquitatem,
qua erant inter ſe coniunctiſſimi, Stephanus maxima, qua (dum vixit) illum ſemper coluit ob-
ſeruantia, reddiderat cõiunctiorem. Et quoniam eius ſcripta iam edita tanti fieri à viris doctiſſ.
iiſq; rerum iuſtiſſimis æſtimatorib. tum in conſultationibus, tum in litibus & controuerſiis de-
cidendis cognoui, vt ea paſſim ob ſingularem autoris cum inſigni probitate coniunctam eru-
ditionem citentur, iudicaui ſex alia Reſponſorum volumina ab eodem, priuſquã è vita excede-
ret recognita atq; emẽdata apud me ſatis diu latuiſſe, eorumq; diuulgandorum tempus iam ve-
niſſe, vt ex iis quæ ad iuſtitiam ſpectent, reip. prodeſſent. Quo mihi videtur nihil aut ſpecioſius
aut vtilius fieri poſſe. Siquidem res perexiguę concordia amplificantur & perducuntur ad ſum-
mum, cũ maximę diſcordia facile minuantur & dilabantur. Iuſtitia aũt ea eſt, quæ concordiam
in ciuitate ex diuerſis ac pene inter ſe contrariis gentib. conſtante, incolumẽ conſeruare poteſt,
dum à potentiorũ iniuria demiſſos humileſq; tutatur, inſontes à nocentium calumniis ac ma-
nu, poſtremo cuiq; quod ſuum eſt, vt lex iubet, reſtituit, reparat ac reſarcit. Quod quidẽ Reſpu.
omnis ex prudentiſſ. conſiliis ſeu reſponſis facilius præſtabit: ſocietatemq; ciuilem, ſine qua in-
tereat neceſſe eſt hominum genus, ſanctam atq; inuiolatam tuebitur, ac ſeruabit. Ea autem vt
ederem, hoc mihi tempus viſum eſt peropportunum, quo tu primum apud Gallos iuſtitiæ
locum obtines, cum iuſſu Chriſtianiſſimi Regis noſtri tuo merito, Galliæ vniuerſæ apud te ſi-
gna habeas ac ſerues. Quamobrem cum videam neminem, cui Bertrandi ſanctiſſimi labores &
doctiſſ. lucubrationes dignius quam tibi, ob multa & maxima, quę tanquam omnib. nota præ-
termitto, cõſecrari poſſint, tibi (pater humaniſſime) doctiſſime, omni deniq; laude digniſſime,
qui præſtanti iſta dignitate ab Eccleſia Romana ornatus es, vt viciſſim Eccleſiam Romanam
tua præſtanti virtute augeas atq; exornes, eas dedico, tam certus quam qui certiſſimus es, Ber-
trandum auum meum, ſi eius labores dicentur alteri Bertrando, iis adeoq; magnis & honorib.
& virtutib. quæ in te Cardinali & ſummo Senonum antiſtite ſunt, prædito, maiorem nominis
ſplendorẽ inter homines habiturum. Eos igitur benigna hilariq; frõte oro obſecroq; excipias,
meq; tui ſtudioſiſſ. tuumque propinquum, vt ea ſoles, quæ recordatione digna ſunt, memoria
complectare. Vale, ex ædibus noſtris S. Margaretæ, 15. Calend. Auguſti, M.D.LVIII.

D. STEPH. BERTR. CARPENTORACTENSIS CONSVMMATÆ DOCTRINÆ IVRISCONſulti, Conſiliorum Volum. primi pars prior: quæ complectitur Conſilia primi Volum. per Simonem Vincentium olim excuſi.

CONSILIVM I.

ARGVMENTVM.

Metu vel per impreſſionem permutatio extorta eſt reſcindenda.

SVMMARIA.

1 *Voluntas ſeu conſenſus iure naturae prima eſt & potiſſima contrahendorum humanorum regula.*
Iuris autoritas & domini voluntas duo ſunt, quibus omnium actuum humanorum conſiſtit effectus.
2 *Metus [illegible] vitiat valorem actuum de iure naturali. & nu. 4*
Conſenſu ſublato omnis actus redditur informis & indifferens.
3 *Vim patiens qualiter ſpectetur.*
4 *Mors facta per maritum vxori poſtea contrahenti, iuſtum metum inducit.*
5 *Preces importunae propter quas celebratus eſt contractus, ſufficiunt ad deſtructionem illius, quem etiam reſcindunt minae, preces vel praecepta eorum, qui verba ſolent ad effectum deducere.*
6 *Metus ex commonitione domini veniens, metui mortis aequiparatur, & factum infectum reddit.*
7 *Inimicitiae capitales probantur quotieſcunque conſtat aliquem vitiare [illegible] alterius.*
8 *Impreſſio magna fit in homine ſui [illegible], ſeu capto.*
9 *Iuſtus metus in quibus conſiſtat.*
10 *Credulitas propter metum quando excuſatur.*
11 *Contractus per metum celebratur à ſubdito cum domino terrarum, cui eſt ipſe iure ſubditus.*
12 *Proteſtationes [illegible] occulte per metum, & ex intervallo ante actum facta, quando de iure valeat & nullitatem contractus operetur.*
13 *Metus potentis [illegible] occulte praeſtanda.*
14 *Probatio [illegible] tempore requirit probationem alterius temporis.*
15 *Impedimentum [illegible]*
16 *Amicitia & Diligentia [illegible] ad [illegible], & conſilia praeſtanda.*
17 *Dilatio propter adventum abſentium, aut [illegible] danda eſt.*
18 *Contra [illegible] procedi non debet.*
19 *Falſi precator [illegible] etiam poſt multos annos, non praeſumitur.*
20 *Fraudem iuris [illegible] per alienationem domino aperitur, tum à ſciente beneficium vendentis: quod idem eſt in aliis alienationibus, in quibus [illegible] à iure ſuo [illegible].*
21 *Vaſallus offendens dominum per ignorantiam probabilem non perdit feudum.*
22 *Emphyteuta, probabili errore ductus, per abſolutionem canonis ſuo tempore, de aequitate in poenam commiſſi non incidit.*
23 *Venditor cum venditionem [illegible], quaſi pignus, donec pretium ſit ſolutum.*
24 *Pignus, dominium, uſuſfructus, & poſſeſſio rei transferri & concedi poſſunt ad certum tempus: quo elapſo [illegible] ad [illegible] ipſo iure, etiamſi [illegible] contractus & traditio.*
25 *Argumentum etiam in contractibus à contrario ſenſu, an valeat, & qualiter procedat & habeat [illegible], & nu. 149.*
26 *Translatio dominii per principem, nullam [illegible] habet [illegible].*
27 *Contractus per principem cum privato celebratus [illegible], poſt tempus [illegible] novo tempore [illegible] celebratus ſit ad publicam utilitatem.*
28 *Pignus [illegible] creditis, ſicuti [illegible] verisimiliter [illegible] dominium [illegible] & plenum iure creditor [illegible].*
29 *Statuta [illegible] & poenalia, quae reſtringit interpretatio, [illegible] pignus ſi [illegible] non habeat.*
30 *Iuſtitia [illegible] fide.*
31 *Promittens aliquid ſub fide dicitur iuramento hoc ſervare.*
32 *Conventio tempore contractus, vel ſtatim poſt facta, cenſetur pars contractus, irritatur per [illegible] contractu.*
33 *Conſenſus & [illegible] ex longa poſſeſſione conciliatur.*
34 *[illegible] poſſeſſionis [illegible] praeſumitur praeceſſiſſe [illegible] poſſeſſionis ex ſcientia & patientia confirmantis.*
35 *Dominium videtur tranſtuliſſe, qui permiſit alium [illegible] dominium [illegible] plantam alienanti [illegible] conceſſiſſe.*
36 *Poſſidens per [illegible] annos [illegible] de ea [illegible], domino ſciente & patiente, praeſumitur dominus.*
37 *Caſus à lege [illegible] ex prohibitione abſolute dicta.*
38 *Teſtatoris legata [illegible], & ad gravatum pervenit, [illegible] poſt ſe rei venditionem.*
39 *Dominus & vaſallus pariter invicem obligantur, & ad quid.*
40 *Verbo dicendi caſum permiſſum ſubeſſe non ſtatur in regulariter prohibitis, extra caſu permiſſo, & contra, & nu. 96.*
41 *Infeudatio nulla lege eſt prohibita.*
42 *Conditione promiſſionis pendente res poteſt tradi, & dominium transferri.*
43 *Dos ante nuptias expreſſe [illegible] tradita transfert dominium in ſponſum, licet dotis promiſſio habeat conditionem.*
44 *Dominium in permutatione requiſitum.*
45 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, licet teneatur regulariter probare rem fuiſſe in bonis debitoris, fallit quando poſſeſſor habet cauſam à debitore.*
Poſſeſſor à debitore [illegible], quaeſtionem dominii ſive doli replicatione [illegible] non poteſt. & nu. [illegible]
46 *Dictum [illegible] in caſu contrario.*
47 *Subſtitutus agens contra poſſeſſorem rei ſubiectae reſtitutioni, alienatae per heredem gravatum de reſtituendo, ſufficit probare, rem ab herede, & tanquam heredis [illegible] habuiſſe.*
48 *Impugnans primum & ſecundum decretum [illegible] decretorum, [illegible] per poſſeſſionem, [illegible] probare.*
49 *Creditor cum [illegible] in pignus traditam & naturaliter & civiliter poſſidet. & nu. 102.*
50 *Offerens non dicitur, qui [illegible], & modo quo debet non offert.*
51 *Ius pignoris ex [illegible] per debitorem creditori quando ſolvatur.*
52 *Pignus heredem non habet.*
53 *Actio quod metus cauſa, quae datur etiam creditori contra eius debitorem per metum pignus [illegible] integritatem poſtulat reſtitutionem.*
54 *Pignori melius eſt [illegible] quam perſonae.*
55 *Verbum reſtituere habet plenam ſignificationem, & continet omnem utilitatem actoris.*
56 *Fructus pignoris quando non veniant in ſortem.*
57 *Actio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta, & ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*
58 *Praeſcriptio longi temporis non currit contra minorem.*
59 *Res per reſcriptum principis [illegible] non poſſunt, & conceſſio ſi de eis facta fuerit, non valet.*
60 *Contractus principis [illegible] vim legis [illegible] in [illegible].*
61 *Princeps dominium rei meae mihi auferre nequit, ſaltem ſine iuſta cauſa, ut ratione ſcandali vitandi, aut pro pace, aut pro publica [illegible], vel [illegible] neceſſitate.*
62 *Ablatio ex iuſta cauſa per auferentis confeſſionem probari non debet.*
63 *Praelato aſſerenti feudum antiquum, [illegible] conceſſio [illegible] ſuper antiquum, non creditur.*
64 *Rex concedens caſtrum [illegible] & iure [illegible] feudo, paterni feudi qualitates attribuit quantum [illegible], & per vaſallum [illegible] agnatos poteſt alienari: niſi fieret alteri [illegible].*
65 *Vaſallum rem confiſcatam à principe, & quam princeps alienat tanquam ſuam ſimpliciter, non poteſt inquietare: ſecus ſi [illegible].*
66 *Creditor turbatus in poſſeſſione pignoris, habet interdictum uti poſſidetis: ſpoliatus vero remedium reintegrandae. Et qua concurrant in ſpoliatore*